

-cipiendum, deinde ad Digesta Codi-
 -cemq; progrediendum putabunt. Quo-
 -rum mihi nunquam placuit ratio, sic
 - enim (1.) orientur inutiles repetitiones,
 - (2.) singuli hi Libri Juris Veteris pro-
 - prium ordinem habent, hinc confusio
 - discentium. (3.) sæpe ille ordo est ine-
 - ptissimus (4.) illi libri continent multa
 - ab usu remota, nemo autem alicui La-
 - tinam Linguam traditurus incipit à
 - fragmentis obsoletis *Ennii & Pacuvii*
 - tametsi tempore priora *Cicerone* fue-
 - rint, & eorum qui cum iudicio usum
 - à non usu separare possint, stylum
 - juvent. Imò volunt præclari quidam
 - docendi magistri in Latinitate instillan-
 - da à recentioribus incipiendum, quo-
 - rum & Phrases & res nostro ævo com-
 - modiores. Frustra respondent Leges ve-
 - teres originem hodiernarum esse, quæ
 - ex illis fluxerint; nam & obsoleta Lati-
 - nitas *Ciceronianæ* origo est. In discen-
 - do autem non semper natura rerum, sed
 - commoditas spectanda est. Originem